



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XIX. Venditio de villa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

## XIX. VENDITIO DE VILLA.

**D**ominio fratri illi, ille. Licet  
empti venditique contradic  
sola pretij adnumeratione, & rei ip  
sius traditione constat, vt tabula  
rum aliorumque documentorum  
ad hoc tantum interponatur instru  
ctio, vt fide rei, facti & iuris ratio  
comprobetur. Idcirco vendidisse  
me tibi constat, & ita vendidi vil  
lam iuris mei nuncupantem illam,  
sitam in pago illo, quam ex legitimi  
ma successione parentum, *vel de quo  
libet modo ad eum peruenit*, habere vi  
deor, in integritate, cum terris, do  
mibus, ædificiis, accolabus, manci  
piis, vineis, siluis, campis, pratis, pa  
scuis, aquis, aquarumue decursi  
bus, adiacentiis, appeditiis, *vel om  
ni merito & termino ibidem aspi  
ciente*. Et accepi vobis in pretio,  
iuxta quod mihi complacuit tan  
tum,

tum , & memoratam villam vobis  
præsentialiter tradidi ad possiden-  
dum. Ita ut ab hac die habendi , te-  
nendi , vel quicquid exinde elege-  
ris , faciendi , liberam in omnibus  
habeas potestatem. Si quis vero ,  
quod futurum esse non credo , si  
ego ipse , aut aliquis de heredibus ,  
vel proheredibus , seu quælibet op-  
posita persona , cōtra venditionem  
venire tentauerit , aut me male ven-  
didisse conuicerit , & à me vel here-  
dibus meis defensatum non fuerit ,  
tunc inferamus vobis heredibusq;  
vestris duplam pecuniam , quantum  
à vobis accepi , & quod ipsa villa  
meliorata valuerit ; & quod repetit  
vindicare non valeat ; sed præsens  
venditio omni tempore firma per-  
maneat , stipulatione subnixa .

Actum , &c.

K